



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Acta Apostolorum to. primus

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

Cap. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39424

Deo auctoritatem aliquam constitutam, qua velut gradu certo inmitentes attollamur in Deum. Hæc ille. Hanc verò auctoritatem penes Ecclesiæ Catholicæ Magistros ac Pastores esse, in sequentibus docet. *Cum igitur (inquit) tantum ^{ibidem c. 17.} auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, (populi Christiani toto orbe credentis multitudinem intelligit) dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, frustra hæreticis circumstantibus, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primitias dare, vel summæ profectò impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ.* Hæc Augustinus, Caluini hoc loco venenum saluberrimo antidoto depellens.

CAP. XVI.

3. *Assumptum Timotheum circumcidit Paulus, propter Iudæos qui erant in illis locis.*

OBSERVAT hoc loco Caluinus, Timotheum quidem à Paulo circumcisum fuisse ad euitandum Iudæorum scandalum, ad ædificationem Ecclesiæ, & publicam utilitatem; Titum verò Paulum circumcidere noluisse, ne puram Euangelij doctrinam proderet, libertatem videlicet Euangelicam ab illa Iudæica ceremonia exemptam. Mox ex hac obser-

Calvini
Solida
collectio.

obseruatione non mala, corollarium inferre
pessimū, & à Pauli instituto alienissimum.
*Hinc (inquit) facile perspicitur quā horrida in Pa-
patu grassatur confusio. Quī sic? Immēsus (inquit)
illic est ceremoniarum aceruus. Quorsum id, nisi
pro vno veteris templi velo centum obtenderent?*
Esto, sit ita: quomodo ex circumcisionis ce-
remonia à Paulo liberè vel assumpta vel
neglecta consequitur, ceremoniarū in Ec-
clesia multitudinem horrendam esse con-
fusionem? Quæ, inquam, ista consequentia
est? Planè nulla. Nam si illis eadem cum
libertate vtatur Ecclesia, nulla ex rerū mul-
titudine sequitur confusio. Nec Pauli fa-
ctum contra ceremoniarum multitudinem
aliquid concludit, sed vnius ceremoniæ li-
bertatem ostendit. Sed & nunc negamus
Caluino immensum esse in Ecclesia cere-
moniarum aceruum, eo quidem sensu vt
modum acrationem ille numerus excedat
quod Caluino probandum fuit, non sim-
pliciter asserendum. Tantum sanè abest vt
pro vno veteris templi velo centum in Ec-
clesia obtendantur, vt pro vno Ecclesiæ Ca-
tholicæ velo, pro vna ceremoniâ, centum in
veteri Synagoga adhibitæ fuerint. Quare
nec illatio Caluini hilum valet, nec accusa-
tio vlla veritate subsistit. Pergit tamen ac-
cusare hic Satan: *Deus (inquit) quas præcepe-
rat ceremonias abrogauit, quo illustrior fulget
Euāgely veritas. Homines nouas inducere ausi sunt,*
Et quidem

Caluini
puridaca-
lunaria.

Et quidem nullo seruatō modo. Negamus Calui-
 no, Deum veteres ceremonias sic abrogas-
 se, vt in Euangelij doctrina & noua sua Ec-
 clesia nullas nouas ceremonias adhiberi
 voluerit; quod in Antidotis nostris Euan-
 gelicis contra Caluini illic similes grunni-
 tus demonstrauiamus. Nunc vnum Augusti-
 num intemperanti hominis audaciæ oppo-
 no. De ceremonijs Ecclesiasticis disputans
 ita scribit: *Illā quæ non scripta sed tradita custo-*
dimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur,
datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs
Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima autho-
ritas, commendata acque statuta retineri. Agno-
 scit tum ab Apostolis, tum à Concilijs ple-
 narijs, nouas ceremonias saluberrima au-
 thoritate institutas fuisse, & institutas reti-
 neri. Et quidem in huiusmodi instituendis
 ceremonijs totius orbis Concilia damnare,
 imò (ait in sequentibus Augustinus) *de eo au-*
ita faciendum sic disputare velle, insolentissimæ in-
sanix est. Sed ad aliam accusationem descen-
 dit Caluinus: *Accessit deinde prauum commen-*
tum, valere eas omnes ad cultum Dei. Tandem secu-
ta est diabolica meriti fiducia. Hæc diabolus il-
 le, cuius duplici accusationi breuiter re-
 spondeo: Sicut aliarum virtutum, tempe-
 rantię, fortitudinis, & ipsius charitatis actus
 externi, non interni tantum, Deo placent;
 sic & actus religionis externi, quales sunt
 ceremoniæ. Sic Anna vidua dicitur in Euā-
 gelio

In Ioh.
c. 4. v. 23.

Ceremo-
niz in Ec-
clesia Chri-
stiana.
Epist. 118.
cap. 1.

Ceremo-
niz Deus
colitur.

LUC. 2. gelio orationibus suis in templo Deo seruasse, λατρεύειν, cultum Deo gratum præstitisse. Sicut autem oratio vocalis, sic alia externa ceremoniarum, ab obedientia & religione in Deum interna profecta, Deo haud dubie placent: quod de ipsa geniculatione fatetur ipse Calvinus. *Dico (inquit) sic esse hanc ceremoniam humanam, ut sit etiam diuina, quatenus videlicet pars est decori illius, cuius cura & obseruatio nobis per Apostolum commendatur 1. Cor. 14.*

Instit. lib. 4. c. 10 num. 30.

1. Cor. 14. Idem de alijs ceremonijs Ecclesiasticis iudicandum; quæ, ut omnia honestè ac ordine fiant, in Ecclesia Catholica non ex cuiusuis cerebro, sed ex legitima Episcoporum & Conciliorum autoritate instituta sunt. Sed & huiusmodi actiones sic ad Dei cultum pertinere, Deoque placere, ut aliquid apud Deum mereantur, ex eo vno manifestum est, quod ut minimum actus religionis sunt: ceremoniarum omnes Ecclesiasticarum, ad Deum purius, & intensius, & ordinatius colendum traditæ. Dubitari autem non debet, quin actus religionis, maximè ab obedientia quam Ecclesiæ Pastoribus deferimus (quæ altera virtus est) imperatus, non secus apud Deum mereatur, quam aliarum virtutum actus.

Caluini os factidum.

Post accusationes ad cõuicia pergit Calvinus: *Nunc, cum satis constet tales ceremonias nec vela esse nec sepulchra quibus tegitur Christus, sed fatida stercorea quibus obruta est sincera fides & religio,*

religio, qui promiscue faciunt liberum earum usum, longe plus Papæ arrogant, quam Deus legi suæ concedat. Cui respondeo: Nunc, cum satis constet tales ceremonias nec vela esse nec sepulchra quibus regitur Christus, sed pia & religiosa exercitia, quibus & sinceram fidem profitemur (nam ex usu signi Crucis, verbî gratia, non secus me pro Christiano agnosceret Turca, & pro Catholico agnosceret Calvinista, quàm si aperta voce dicam me esse Christianum Catholicum) & ipsa religio in Deum decenter & ornatè, purius quoque & feruentius exercetur; qui eas veluti fœtida stercora abominatur, Satanicum & hæreticum suum spiritum produnt; qui promiscue liberum earum usum faciunt, Ecclesiæ ordinem perturbant; qui religiosè observant, quod filiorum Dei proprium est exequuntur. Subiungit Calvinus, ut vno adhuc bôlo maledicendi libidinem satiet, stomachoque plenius indulgeat, præclarum suæ declamationis epiphonema. *De Missa* (inquit) *& similibus spurcijs, quæ manifestam in se idololatriam continent dicere, nihil attinet.* Quasi verò hic locus istud à Caluino postulare, ut omnem suam contra ceremonias Ecclesiasticas maledicentiæ bilem euomeret, aut ideo *novi Testamenti nova oblatio, quam in Missa* Irenæus lib. 4. c. 22 *sacrificio tota per orbem celebrat Ecclesia, aliquam spurciam haberet, quia spurcus iste & stercorarius conuiciator, spurcias & fœtida stercora,*

stercora, tam illi quàm sacro diuinæ Scri-
pturæ textui, nulla occasione data, foedisti-
mè aspergit. Sed heus tu Caluine. Audi
quid de tua prophana Cœna, quam sanctæ
Missæ sacrificio substituendam putasti, Lu-
therana tota secta iudicat, & qualem de illa
sententiam ferat. Lutherani Ministri ante
aliquot annos Antuerpiæ templum nacti, quo
etiam tempore & sua illic habebant Calui-
nista, suæ fidei Cōfessione edita sic loquun-
tur: *Caluinistarum Liturgia non vno sacrilegio vi-
tiata contumataque est, eaque, proh dolor, in-
meras animas eterno exitio inuoluit.* Hanc po-
stea Confessionem Flaccus Illyricus Lu-
theranus strenuè defendit.

An. 1568.
Cœna Cal-
uinistica
sacrilega
& peñite-
ria.
Cap. 17.

4. *Cum pertransirent (Paulus & Barnabas) ciuitates, tradebūt eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & Presbyteris qui erant Hierosolymis.*

Legi Ec-
clesiastica-
rum obli-
gatio de-
scenditur.

Quia legum Ecclesiasticarum piam apud
fideles & humilem obedientiam ex hoc
Pauli & Barnabæ exemplo tum hodie Ca-
tholici tum olim veteres collegerunt, quod
& ex huius præcepti Apostolici stricta ad-
modum aliquot postea seculis obseruatione
in præcedenti capite ostēdimus, Caluinus
vt ad legum Ecclesiasticarum (quarū ipse
impatiens erat) summum contemptum le-
ctores adducat, & ad omnia obedientiæ re-
pagula perfringenda, ac Patrum sancita pe-
dibus

dibus proculcanda, classicum canat, acriter & prolixè huic loco insistit, & ad eum vitiandum, planeque corrumpendum, multa venenata spicula contorquet. *His* (inquit) *verbis significat Lucas quàm studiosus pacis fuerit Paulus.* Atqui longè aliud Lucas ostendit, nempe quàm dogmatum Apostolicorum, & obedientiæ illis à fidelibus præstandæ, studiosus fuerit Paulus. In totâ quippe ista Ecclesiarum visitatione, quas per Syriam & Ciliciam Paulus ac Barnabas priùs fundauerant, nihil aliud singulare Paulum fecisse commemorat Lucas, quàm quòd dogmatum Apostolicorum obseruationem recentibus illis Ecclesijs traderet. Non sanè quasi hoc vnicum in illa visitatione fecisset Paulus, sed quia huic vni potissimùm incumbere; & vt ad singulas illas Ecclesias decretorum Apostolicorum notitia perueniret, atque ab eisdem Ecclesijs eadem decreta accuratè custodirentur, operam illum diligentem præstitisse, referre D. Lucas voluit. Sanè vt posteris fidelibus sempiternum hoc esset similis obseruantia documentum. Nunc ab hoc toto manifesto & perspicuo tum Pauli tum Lucæ consilio lectoris oculos auertens Calvinus, quendam huius facti finem ac scopum ostentat, quo factum ipsum, quod litera Apostolica disertè sonat, sequenti disputatione non obscuret modò, sed & penitus eneruet. Pacis causa à Paulo

D d hec

Legi Ecclesiasticam obedientiam Paulus in visitatione Ecclesiarum.

hoc factum narrat, & ita adhuc prosequitur: *Optimum tunc fouenda inter Ecclesias concordia vinculum erat, seruare quod per Apostolos erat transactum. In eo cum diligens est Paulus, bona fide cauet, ne quid oriatur turbæ sua culpa. In hunc finem tum decreta talia ab Apostolis & Presbyteris lata ac promulgata fuerunt, tum eorum obseruationem Paulus iniunxit. Sed ad hunc finem consequendum, ad pacem inter Iudæos ac Gentes fouendam, libertatem Gentilium Christianorum hoc præcepto Apostoli restrinxerunt, hoc decreto circumciderunt, hac lata lege veluti termino quodam præstituto incluserunt. Sic spectari finis debet, vt medium ad finem institutum teneatur. Nunc Calvinus finem ostentat, medium eneruat: *Meminerimus (inquit) id fuisse temporale; quia ubi videt cessare scandali periculum, penitus Ecclesias exonerat, & posthabito decreto liberum facit quod illic vetuerant Apostoli. Neque tamen ea abrogatione, quod statuerunt Apostoli, rescindit, ac violat, vel contemnit ipsos auctores, quia minimè illis consilium fuerat sancire perpetuam legem, sed tantum mitigare ad breue tempus quod infirmas conscientias ledere poterat, quemadmodum superiori capite fusiùs disserui. Quomodo præceptum hoc temporale fuit, & an Paulus illud postea liberum fecerit, in superiori capite contra Calvinum nos quoque breuiter disseruimus, plura mox dicturi; & quamuis temporariam, causa tamen præcepti**

Calvini
astutia.

cepti vigete, necessariam obligationem induxisse ostendemus. Sed nunc ex priori sua disputatione quid hic inferat Calvinus, videamus. Quo (inquit) satis arguitur *Parislarum stulticia, dum grauius nos accusant quod Paulo simus longe dissimiles, quia contemptis, vt loquuntur, Ecclesie decretis, solo Dei verbo regi volumus piorum conscientias, non autem subijci arbitrio hominum.* Non stultè, sed meritò; non dissimiles modò sed & aduersa fronte contrarios Paulo esse dicimus Calvinum ac Calvinistas, omnes, qui Ecclesie decreta contemnuunt, quæ hic Paulus custodienda tradebat. Nec hominum arbitrio piorum conscientie subijciuntur, quado Ecclesie decretis astringuntur; sed ipsi Christo, qui Ecclesiam misit, subijciuntur: nisi, vt Calvinista vera dicant, Christus (proh nefas!) mentitus fuerit, dicens: *Qui vos audit, me audit. Sed* (ait Calvinus) *Paulo nihil minus venit in mentem, quam necessitatis laqueum conscientijs iniicere.* Respondeo: Profsus Paulo venit in mentem decreti Apostolici mandatum exequi. Illud autem decretum hoc *omnis* fidelibus *imposuit*, idque pro tempore *necessarium*, vt ex ipsis decreti verbis nuper demonstrauimus. Paulus igitur hoc indubiè præstitit. Nec tamen necessitatis laqueum conscientijs iniecit, vt fallendi arti ex Calvinus odiosè loquitur: sed obedientiam necessariam prædicauit ac docuit, quæ pijs ac Dei amore flagrantibus laqueus

Caluinista vt legum Ecclesiasticorum contemptores rectè accusantur.

Luc. 10.

Act. 15. 28

Laqueus conscientie obediendi necessitas quibus & quomodo.

D d 2 non modo.

non est, sed iugum suaue, & onus leue, re-
 fractarijs & impijs, veterisque adhuc testa-
 menti filijs, dilectione vacuis, qui adhuc ad-
 Rom. 12. *ta sapientes non volunt esse humilibus confen-*
 16. *trientes, sed potius toto corde reluctantes, la-*
 queus est, onus graue, & durum ac molestif-
 simum iugum est. Atqui nullam necessa-
 riam obedienciam Paulum hic docuisse, pro-
 bare contendit Calvinus. *Non enim* (inquit)
 Tit. 1. 15. *à seipso dissentit, cum alibi clamat, Omnia mundi*
 Rom. 14. *mundis; Qui firmus est, vescitur quibuslibet; Re-*
 17. *gnum Dei non est esca & potus. Item, Esca nos non*
 1. Cor. 7. *commendat Deo. Item, Omne quod in macello ven-*
ditur manducate, nihil interrogantes propter con-
scientiam. Propter has omnes Pauli propo-
 sitiones Paulum non dissentire à seipso, id est,
 præceptum Apostolicum *de non edendis ido-*
lolytis, suffocato & sanguine, quod hic Ceteribus
 Christianis custodiendum tradebat, nec vio-
 lare, nec deinceps abrogandum aut repudi-
 dum docere, ipsemet Calvinus vno quasi ve-
 bo profitetur, quod tamen à nobis vberius
 docendum est. Subiungit enim: *Sed vno ve-*
bo conciliat quæ possent alias videri parum consen-
tanea, cum abstinere ab idololytis iubeat propter
 Idolythy- *alterius conscientiam.* Nempe quando idoly-
 sorum man- *thytorum manducatio alijs infirmis Christia-*
 ducatio *nis, vel etiam ipsis Paganis presentibus (qui-*
 quomo- *bus illa manducatio quædam videbatur cum*
 do in Cō- *idololatriis communicatio, ipsiusque idoly-*
 cilio Apo- *veneratio) graue scandalum pareret. Per spi-*
 stol. pro- *ritum*
 hibita & *cuum*
 à Paulo *permissa,*

ennum autem est, Apostolos & Presbyteros Hierosolymis non aliter hoc præceptum de idolothytis promulgasse, quàm solius scandalis prædicti vitæ causa, extra quem scandalis casum idem planè quod Paulus locis à Caluino citatis docet, iudicabât; ipsa videlicet idolothyta ex sua natura non esse cibû immundum; posse illa in macello exposita emi & manducari, simplicem deniq; ab illis abstinentiâ (remota offensionis causa, qua stante, nõ aliter hoc præceptum obligabat) nullam esse virtutem quæ nos commédet Deo; sicuti nec illa manducare vlla virtus erat. Nã nec in tali abstinentia vlla fuit obedientia præcepti Apostolici non obligantis: nec in tali manducatione alius erat quàm legitimus cibi vulgaris vsus; cû aliquo sanè forti & prudenti iudicio coniunctus, quo (vt Apostolus dixit) *alius credit se manducare omnia*, id est, nulla vitur distinctione ciborum, siue respectu Iudæorum, quo ad cibos lege vetitos, (de quo genere in Epistol. ad Rom. disputat) siue respectu Gentilium paganorum, aut etiam infirmorû Christianorum, quoad ipsa idolothyta (de quo genere disputat in priori ad Corinthios;) non tamen aliqua virtutis aut pietatis actio. Vnde Apostolus de idolothytis disputans dixit: *Neque, si manducauerimus, abundabimus; neque, si non manducauerimus, deficiemus.* Tota igitur vtroque loco Apostoli disputatio est de huiusmodi

iufmodi cibus in fua natura cōfideratis, non quatenus fub hoc præceptum Apoftolicum eorum prohibitio cadebat. Quare Paulus verè *à feipfo non diffentit*; fed Ecclefijs illis Syriæ & Ciliciæ, quas iterum vifitando peragrabat, Apoftolicum præceptum neceffariò obferuandum tradidit, eo videlicet fenfu ac modo, atque in eum finem, quo ab Apoftolis promulgatum erat. Romanis verò fcribens, cibus in lege veritos cum fcandalo infirmorum Iudæorum, qui ad Chriftum conuerfi fuerant, non efle ab alijs Chriftianis manducandos, latè difpurat; de illis in genere differens, non de fuffocato & fanguine in Concilio Apoftolico veritis. Corinthijs fcribens, idolothytorum manducationem feiuncto fcandalo rem efle indifferentem, ex fenfu præcepti Apoftolici, latè declarat. Nifi fortè malit quis dicere (quam fententiam quibusdam placere video) nec Romanis, nec Corinthijs, fed folis illis circa Antiochiam recētibus Ecclefijs per Syriam ac Ciliciam decretum hoc Apoftolicū deftinatum & traditum fuiffe. Vt cumque verò hoc fe habeat, Paulus in locis à Caluino citatis præceptum Apoftolicum, quod hoc loco Gentibus ab eo conuerfis custodiendum tradebat, ab eisdem nō efle custodiendum non docet, eius obligationem quoad illos non tollit, ciborum ab Apoftolis veritorum liberum vsum illos non docet, fed de ipforum

Cibus lege veritos quomodo Chriftianis permittit Paulus post præceptū Apoftol. de abftinentia quorundam.

ipforum ciborum vsu naturali (secluso hoc precepto) disputat, & ab offensione Iudæorum aut Gentilium Christianorum Romanos ac Corinthios sedulo cauere diligenter docet. In epist. quoq; ad Titum Iudæorum superstitione arguit, qui Gentilium Christianorum libertate quoad cibos in lege vetitos adhuc offendebantur, vt locus inspectus docet. Denique, in nullo horum locorum de suffocati & sanguinis abstinētia (quæ vna erat decreti Apostolici pars) disputat Paulus. Absurdè igitur & impiè adiungit Calvinus: *Interea sedulo cauet Paulus, ne hominum legibus pias animas obstringat.* Hæc assertio & adiunctio Calviniana nudè assertitur, nec ex præcedētibus consequitur, nec in subsequentibus comprobatur: denique præsentī textui ex diametro aduersatur. Lucas enim de Paulo disertè dicit: *Cum pertransiret ciuitates, tradebat eis custodire præcepta Apostolorum & Seniorum qui erant Hierosolymis.* Hoc est, hominum legibus, etsi nō quatenus hominum sine vllō adiuncto & simpliciter, vt odiosè Calvinus ré narrat, sed quatenus hominum quos Deus ad Ecclesiæ suæ gubernationem legitima autoritate præditos esse voluit, pias animas etiam, quantumque pias, obstringere, & obedientiæ præcepto obligare. Nunc concludit Calvinus. *Nos ergo nihil à Paulo diuersum tentamus:* Imò ita diuersum, vt nihil sit magis aduersum. Paulus trade-

Calvinus
textui sa-
cro con-
tradicit.

Dd 4. bat

Calvinus
Paulo cō-
trarius.

bat Christianis à se conuersis *custodire præcepta non sua, sed Apostolorum & Presbyterorum in Concilio collectorum*: Calvinus tradit Christianis à se seductis non custodire vlla præcepta Episcoporum & Presbyterorū, quantumlibet in Concilijs tradita & definita. Sua tamen præcepta Geneuensibus præscripta arrogantissimè seruari & custodiri voluit, præcepit, coëgit. Est ergo Calvinus Paulo ex diametro cōtrarius. Aliam nūc disputationem aggreditur. *Ceterum (inquit) nimis crasse illudunt Papistæ, leges suas cum Apostolorum decretis comparando*. Atqui hanc ita crassam illusionem quàm subtiliter probet Calvinus, videamus: *Nullum sinxerāt Apostoli novum Deum cultum, nullum novum spirituale regimen exseruare*. Hoc vtrumque negatiuum quomodo probat Calvinus? Attende, Lector, & vide an non tibi crasse illudat. *Sed pacis (inquit) studio hortati fuerant Genes ut Iudæis aliquid concederent*. Mentitur ac fallit, crasseque illudit impostor. Apostoli per modū præcepti iniungunt, vel, vt loquuntur, imponunt, idque veluti necessarium ad pacem conseruandam medium, illa sua decreta: *Visum est nobis nihil ultra oneris vobis imponere, præter hæc necessaria*. Hæc non est hortatio, sed præceptio, noui oneris impositio, eademq; necessaria: quod nuper latius ostensum dedimus. Deinde, Lucas hoc loco vocat hæc Apostolorū placita, *dogmata ab illis decreta, δογματὰ τὰ κειρημένα*.

Apostoli
præceptū
promul-
gant, non
hortantur
tantum.

Act. 15. 28

va, instituta quæ iudicialiter ordinauerant:
 videl. vocato Concilio, collatis sententijs,
 ac definitione tandè diuini Spiritus & ipso-
 rum nomine promulgata, vt manifestû hîc
 appareat nouum Ecclesie regimen, quod hîc ne-
 gat Caluinus, & quod Paulus alibi attesta-
 tur, dicens Presbyteris Ephesinis: *Attendite* ^{Act. 20.}
vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus
S. regere Ecclesiam Dei, quâ acquisiuit sanguine suo.
 Sed & in fine præcedentis capituli de eodem
 Paulo iterum dicitur: *Perambulabat Syriam &*
Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire
præcepta Apostolorû & Seniorum: παραδίδως τας
ἐπιτολὰς τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων: quæ po-
 strema verba tametsi è textu eraserint No-
 uatores, in suo tamen vetustissimo codice
 Græco (quem in multis alijs religiosè se-
 quitur) inueniri faterur Beza. Fuerunt ergo
 hæc ἐπιτολὰι, præcepta; non παρακλήσεις,horta-
 menta. Denique, quâto studio & quâ rigidè
 hæc Apostoli decreta veluti Præpositorum
 Ecclesie (quibus obedire & subiacere idè iubet ^{Heb. 13.}
 Paulus) præcepta propriè dicta à Christianis
 Gentilibus obseruata fuerint, nuper latè ^{Suprà ad}
 diximus. Sed & in hac obseruantia aliquem ^{c. 15. v. 28.}
 Dei cultû Apostolos intellexisse, illa clau-
 sula decretis adiuncta non obscurè innuit,
A quibus vos custodientes bene agetis; maximè
 eo adiuncto quod in quibusdam Græcis co-
 dicibus legitur, *πορευόμενοι,* vel, vt verustissi-
 mus Beza codex (si Beza credimus) legit,
 Dd 5 φερο-

περιενομι εν τῷ πνευματι ἀγίῳ; Ambulantes vel
 conuersantes in Spiritu Sancto. Docent
 enim Apostoli, Gentiles Christianos per
 hanc abstinenciam illis iniunctam recte diti-
 ros, & in Spiritu S. ambulare uos, id est, opus spi-
 rituale, Deo gratum facturos, non solum
 paci publicæ consulturos. Sed & pacis stu-
 dio Ecclesiæ præcepta obedienter seruare,
 tamen si nulla alia accederet utilitas, opus
 esse spirituale, Deo gratum, & quo Deus
 colitur (quum sit opus charitatis) negari
 non potest, quod & tot Scripturæ, quæ ad
 pacem cum proximo hortantur, manifestum
 faciunt. Postremò, & illud contra Caluini
 imposturas notandum, non omnia Ecclesiæ
 præcepta directè & præcisè ad Dei cultum
 ordinari, sed quædam vel ad propriam cuius-
 que utilitatem & mortificationem, vel ad
 publicam Ecclesiæ ædificationem, vel etiam
 ad vitandas infirmorum offensiones: singu-
 la tamen ex legislatoris intentione, pro rei
 subiectæ materia, pro loco & tempore, fide-
 lium conscientias obligare: ut nō sit necesse
 nulla esse ad Dei cultum Ecclesiastica præ-
 cepta, tamen si Apostolicum hoc præceptum
 ad Dei cultum nō spectaret. Neque ex hoc
 exemplo aliud inferunt Catholici, quàm esse
 penes Ecclesiæ Præpositos potestatem ali-
 qua præcepta fidelibus imponendi, quæ ad
 certos fines, & certo quodam modo, eorum
 conscientias obliget. Ita vnde quaque appa-
 ret

Psal. 33. 15

Rom. 12.

19.

Ecclesiæ

præcepta

nō omnia

ad Dei

cultum præ-

cisè ordi-

nantur.

ret quã crassè illudat suo lectori Calvinus. Pergit adhuc: *Vt leges suas isto prætectu excuset Papa, prius totas mutari necesse erit. Quã futile hoc cauillũ sit, ex præcedentibus liquet: factisq; ostensum quã luculentũ istud sit auctoritatis Ecclesiasticæ & irrefragabile exẽplũ.*

Nunc schismaticæ suæ suorumq; rebellionis patrocinium suscipiens Calvinus, ita prosequitur: *Nos verò, cum spiritualem Dei cultum statuunt Papiæ in humanis commentis, & ius vnus Dei ad homines transferant, qui dominantur in animas, forciter repugnare cogimur, nisi perfido silentio prodere velimus partem Christi sanguine gratiam.*

Respondeo: Apostoli & Presbyteri Hierosolymitani hoc loco, ac post eos alij Ecclesiarũ prepositi, nec in humanis commentis, sed in decretis & constitutionibus, prout visum est Spiritui S. & ipsis, spiritualem Dei cultum statuunt; nec vnus Dei ius ad homines transferunt, sed vnus Dei ius ab ipso vno Deo Iesu Christo hominibus communicatum agnoscunt, & exercent; pascentes & regentes Ecclesiam sibi commissam salutaribus decretis ac legibus; nec denique per hæc decreta & leges dominantur in animas, id est, imperium humanum & profanũ prolibito exercent, sed (vt Apostolus adiungit, vbi hoc dominium excludit) adiutores, *συνεργοι, cooperatores sunt nostri gaudij, id est, salutis nostræ, de qua gaudemus.* Quare 2. Cor. 1.

Calvinus, qui huic ordinationi diuinæ & coope-

Ecclesiæ
leges non
sunt hu-
mana cõ-
menta.

Legibus
Ecclesiæ
Dei ius
ad homi-
nes non
transfer-
tur.

Ecclesia
per suas le-
ges nõ do-
minatur
in animas

2. Cor. 1.

coope-

cooperationi Ecclesiæ se fortiter repugnare
 profitetur, non id facere cogitur, ne perfido silentio
 partem Christi sanguine gratiam prodat, sed id fa-
 cere voluit, vt schismatica perfidia potesta-
 tem illam legitimam conuelleret, quã Spi-
 ritus S. posuit ad regendam Ecclesiã Christi
 sanguine partam. Non rei veritas, sed schis-
 matis sui tuendi necessitas ad hanc tam for-
 tem repugnantiam ac rebellionem eum
 coëgit. Pergit Calvinus: *Iam quid cum tribus
 decretis ad subleuandos infirmos positis simile habe-
 immensa legum congeries, quæ non tantum miseræ
 animas obruit sua mole, sed fidem quoque absorbet.*
 Ad hanc calumniosam maledicentiam &
 nudam percontationem tria respōdeo. Pri-
 mum, Ecclesiam toto orbe diffusam pluri-
 bus postea indiguisse decretis quàm pauca
 illa Syriæ & Ciliciæ Ecclesiæ tunc ad Chri-
 stum conuersæ eguerunt. Deinde, non ha-
 trita tantum decreta, sed & plurimas alias
 constitutiones Apostoli tulerunt, quas in
 octo libros congesit Clemens, D. Petri
 comes. Postremò, leges Ecclesiasticæ ne-
 vlla mole animas obruunt, nisi seruilia ha-
 reticorum corda, & duras ceruices, quæ disci-
 plinæ Ecclesiasticæ iugum ferre nequeunt,
 nec fidem absorbent, sed illustant, eiusque
 & intelligentiam clariorem & exercitium
 feruentius reddunt. Concludit tandem
 Calvinus: *Nota est Augustini querimonia ad
 Ianuarium, quòd iam tunc nimio traditionum onere*
 perpe-

Ecclesiæ
 leges cur
 hodie
 multæ.

perperam gravata esset Ecclesia. An illi (obsecro) tolerabilis esset hodierna servitus, quæ ferè centuplo durior est? Respondeo ex eodem Augustino, totam hanc querimoniam ad Ecclesiæ leges, quas vniuersa seruat Ecclesia, nihil profus attinere, sed de localibus quibusdam & priuatis ceremonijs institutâ fuisse.

Augusti-
ni queri-
monia cõ-
tra leges
Ecclesiæ
nulla.

Nota est eiusdem Augustini ad eundem Ianuarium sententia: *Illa quæ non scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel à plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta retineri.*

Epist. 118.
cap. 1.

Nota quoque est eiusdem Augustini in eadem ad Ianuarium Epistola obseruationum & ceremoniarum diuisio. De varijs quippe ceremonijs & culibus externis interrogatus, non respondet, vt hodie hæretici garrunt, liberas esse huiusmodi omnes obseruationes, sed cum distinctione sic respõde;

Ad hæc ita respondeo, vt quid horum sit faciendum, si diuina Scripturæ præscribit autoritas, non dubitandum quin ita faciamus vt legimus. Similiter, si quid horum tota per orbem frequet Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima infania est. Tertium genus eorum est quæ per loca regionesq; variantur, quod quidem liberas habet obseruationes. Facere tamen monet quemque in istis quod in ea Ecclesia, in qua venit, inuenit; dummodo nihil aut contra fidem aut contra bonos mores fiat. Rursum in alia Epistola ad eundem

Ibidē c. 5.

Epist. 119
cap. 18.

dem

dem Ianuarium, de particularium Ecclesiarum ritibus ita repetit: *In his que variè per diuersa loca obseruantur, hæc saluberrima regula tenenda est, vt que non sunt contra fidem, ne que contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vite melioris, vbi cumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum sit.* Quibus ita disputatis, hunc tandem in modum concludit doctissimus &

ibid. c. 19 sanctissimus Augustinus: *Omnia itaque talia que neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Concilijs Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersæ Ecclesiæ comprobata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut omnino nunquam inueniri possint cause quas in instituentis homines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione refecanda existimus. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, feruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum: qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus, subiiciuntur. Sed Ecclesia Dei inter multam paleam multaque zizania constituta, multa tolerat: & tamen que sunt contra fidem vel bonam vitam, nec approbat, neque tacet, nec facit.*

Hæc

Hæc est tota Augustini ad Ianuarium querimonia, quam impostor Calvinus contra Ecclesiæ leges ac decreta siue per vniuersam toto orbe Ecclesiam obseruata, siue in Episcoporum Concilijs instituta, nefariè profert; quum sanctissimus Doctor, querimoniam suam instituens, hæc duo disertissimis verbis exceperit, ac sine vlla contradictione obseruanda esse docuerit; denique non nisi de variorum locorum varijs ac particularibus ritibus, sine Episcoporum & Conciliorum auctoritate introductis, illam suã querimoniam protulerit. His malis artibus & imposturis, Apostolicarum & Ecclesiasticarum legum auctoritatem, in hoc illustri exemplo luculeter confirmatam, conuellere se posse existimauit impostor Calvinus. Eadem imposturã in sua Institutione falsarius vtitur: quæ hac etiam explicatione abunde refellitur.

Institut.
lib. 4. c. 10
num. 13.

17. *Puella quædam habens spiritum pythonem, subsecuta Paulum & nos, clamabat dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. 18. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus spiritui, dixit: Precipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.*

DOcet hic locus luculeter, veritatis Euangelicæ & sacre doctrinæ, quæ non nisi diuina nititur auctoritate, non esse quemlibet.

Testis ve-
ritatis sa-
cræ ido-
neus qui-
libet non
est.

quemlibet legitimum testē aut præconem idoneū, sed in toto hoc genere dispiciendum esse quis sit qui loquitur, non quid quisquam loquatur. Testimonium hoc veritatis, quod puella spiritum pythonem habens, vel potius quod spiritus nequā in illa perhibebat, & verissimū erat, & (vt videri potuit) valde opportunum, planēq; huiusmodi, vt vel Angelus de cælo opportunius aliquid denūciare non potuerit. Plurimum enim expediebat, Philippenses illos cognoscere, Paulū & comites eius *seruos esse Dei excelsi, qui annunciant illis viam salutis*. His quippe verbis & summa docētium autoritas, & finis doctrinæ præstantissimus asseruntur. Paulus tamen hoc testimonium, ab impuro spiritu profectum, adeo auersatur, vt & de facto doluerit, & spiritum impurum organo, per quod loquebatur, eiecerit. Docet igitur clarē & perspicuē hic locus, veritatis doctrinam, testimonium, fidē non esse à quolibet accipiendam, non à dæmone veritatis hoste (vnde & magi, qui cum dæmone commercium habent, vt aliquam veritatem explorent, ex hoc loco refutantur) non ab hæretico *Satana ministro*, qui in persona hominis hæretici *transfiguratur se in Angelum lucis*, vt alibi Paulus docet. Vnde illorum hodie refutatur demētia, qui neglectis veræ Ecclesiæ Pastoribus & legitimis testibus à Deo datis, à quolibet nouo sectario, nulla legitima autoritate misso,

totius

totius Evangelicæ doctrinæ veritatem exquirunt; accipiunt, amplectuntur. Inuat hoc loco Calvinum audire, hoc ipsum contra hæreticos magistros documentum latè persequentem, suoque seipsum ore pulchre condemnantem. Sed an equam id faciat, bacchari illum cōtra Papam non nihil oportuit. Id quale sit, audiamus. Primum in genere præfatur. *Diabulus* (inquit) *sic mendacijs pater est, ut fallaci pretextu veritatis seipsum tegat. Videmus ut quotidie simili artificio utatur. Quid enim magis speciosum Papa titulis, quibus se non aduersarium Christi, sed vicarium iactat? Quid solemni ista præfatione magis plausibile, In nomine Domini, Amen: In nomine Domini, Amen? Cui respondeo: Quid magis speciosum, prædicantur hodie hæreticorum titulis, quibus se non aduersarios Christi, sed verbi Dei Ministros, veritatis Evangelicæ Pracones, Ecclesiam reformatam iactant? Quid solemni ista præfatione magis plausibile? Verbum Domini, Verbum Domini: Gratia vobis & pax à Domino nostro Iesu Christo. Huiusmodi quippe præfationibus gaudent hodie hæretici. Quorum vanitatem & imposturam quomodo Calvinus ipse describat, audiamus. Scimus tamen*

(inquit) *dum in a obtenditur à falsarijs Satanae ministris, esse corruptam ac mortifera tabe infectam. Duplex enim quum sic Satanae ratio oppugnandi Evangelij, nempe quod aliquando rvia aperta grassatur, interdum verò mendacijs se insinuat; dua: quo-*

Hæretico-
rū hodie
speciosos
titulos
Calvinus
pulchre
exagitat.

Es qua

que habet mentiendi species; vel dum falsis doctrinis & crassis superstitionibus verbum Dei exornat, vel dum se amicum verbi & ministrum verbi ostendit simulans, quasi per cuniculos obrepit. Imò non sicut
 2. Cor. 11. est nocentior hostis, quam dum se transformatur in Angelum lucis. Iam tenemus quorsum spectat tam splendidum elogium quo Paulum & eius discipulos extulit. Nempe quia non tam commodum erat bellum ex professo gerere cum Evangelio, quam cultis artibus tentavit labefactare eius fidem. Non si admissum fuisset à Paulo illud testimonium, prorsum amplius discrimen inter salutificam Christianam doctrinam & Satanae ludibria fuisset: implicitus radii tenebris fuisset Evangelij fulgor, ac quædam extinctus. Rectè hæc omnia Calvinus, sed contra caput suum. Quia enim admissum fuisset hodie ab instabili populo & indoctis hominibus, Calvinij, Lutheri, ac aliorum Satanarum ministrorum testimonium, nullum amplius discrimen haberetur inter salutificam Ecclesie Catholice doctrinam & hæreticorum ludibria: implicita quoque crassis mendacij tenebris orthodoxæ doctrinæ puritas est, penèque extincta.

Iam vtilem hoc loco movet quaestio Calvinus, cuius resolutio documentum nobis positum multo adhuc luculentius confirmabit, & errorum ac schismatum hodie causam fundamentalem aperiret & refutabit. Queritur (inquit) cur tantum licet Deus Satanae permittat, ut veris quoque doctrinam

tionibus deludat ac fascinet miseros homines. Nul-
 los enim eximi periculo videtur, quum falsæ diuina-
 tiones ita volitant. Neque enim boni minus quam
 mali, cum obtenebrata est veritas, obnoxij esse vi-
 dentur Satana discipulis. Ad hanc quæstionem, Hæresum
 laqueis
 cur multi
 capiatur.
 quæ de falsis & hæreticis doctrinis, quibus
 hodie mundus dementatur, aptius proponi
 debuit, quando illis potissimum sacra &
 Evangelica veritas obtenebratur, ad hunc
 modum responder Calvinus: *Responsio* (in-
 quit) *facilis est. Etiam si omnibus promiscue la-
 queos tendat Satan, pios tamen seruari Dei gratia,
 ne in etiantur vna cum alijs. Sed quia hæc Dei
 gratia non seruat pios ordinariè loquendo,
 nisi per certa externa media, videl. per Pa-
 storum os & ministerium, quos in hunc ip-
 sum finem dedit Ecclesiæ suæ, ne circumferat* Ephes. 4.
*mur omni vento doctrina in nequitia & astutia ad
 circumventionem erroris; ideoque hæc respon-
 sio valde adhuc mutila & imperfecta erat;*
 addit Calvinus aliam: *Clarior etiam distinctio
 in Scriptura traditur, quod Dominus hoc modo pro-
 bat suorum fidem & pietatem; reprobos autem ex-
 cacat, vt pereant, quemadmodum digni sunt. Ideo
 Paulus disertè exprimit non dari Satana efficaciam* 2. Thess. 2.
*erroris, nisi in eos qui Deo obsequi & veritatem
 amplecti recusant. Atqui hæc adhuc responsio
 nihilo magis quam alia quæstioni satisfacit.
 Ostendit enim quidem quosdam iusto Dei
 iudicio excacatos, nempe quia Dei gratia
 attrahi, Deo obsequi, & veritatē edocti, ve-*
 ritatem

xitatem amplecti ex libera & praua voluntate noluerunt, à Sarana decipi, alios vero probata & spectata fidei ac pietatis nō decipi; id est, ostendit Satanica deceptionis efficaciam ex hominum prodire malitia, eiusdem irritos & inanes conatus ex peccatorum prouenire constantia, iuxta illud Pauli

2. Cor. 11.
19.

dictum, *Oportet haereses esse, ut manifesti fiant qui probati in vobis sunt*; sed quo tandem modo qua via, hæc piorum fides & constantia teneatur, ne Sarana decipulis capiantur, hæc responsio non docet. Declamat statim contra Epicureos quosdā, qui propter tam variam in orbe hæreses, & pugnantes de religione sententias præstare aiebant omni religione solutos, vixisse quam exitium sibi accersere religionis studio. Quorum demētix responsurus ita scribit: *Epicurei*

Hæresum
laqueos
declinandi reme-
dium Cal-
uimianū.

dem fateor Satanam innumeris modis sacro nomine abuti (quod tam variæ hodie hæresorum sectæ, Verbum Domini singulæ crepantes, perspicuè loquuntur) sed quum Dominus pronunciet se doctorem esse hominum, & pollicetur

Ephes. 6.

propinquum se fore rectis corde; quum Paulus doceat, verbum Dei esse gladium Spiritus, quum testatur, eos, qui probe fundati sunt in fide Evangelij, esse amplius obnoxios hominum imposturis; quum Petrus

2. Pet. 1.

Scripturam vocet lucernam ardentem in caliginoso; quum nos minime frustrari queat benedictio

Math. 7.

illa Christi inuitatio, Querite, & inuenietis; per quæ & aperietur vobis: quicquid moliatur Satan, & quascumque tenebras offundere, conentur p[ro]pheta

propheta, timendum non est, ne Spiritus prudentia
 & discretionis nos deserat, qui Satanam suo arbi-
 trio cōpescit, & nos per verbi sui fidem facit de illo
 triumphare. Attende hīc, Lector, Calvinianæ
 religionis, adeoque omnium hæresum pro-
 prium fundamentum. Attende quomodo
 per dulces benedictiones seducit Calvinus
 corda innocentium atque simplicium. At-
 tende quomodo ad varias Satanæ fallacias
 cauendas illam viam Calvinus docet, quæ
 homines per singulas illas capiendos & ir-
 reriendos rectà ducit. Ait *non esse metuendum*
ne Spiritus prudentia & discretionis nos deserat,
 qui Satanam compescat. Hunc Spiritum
 ab vnoquoque intrepidè expectandum,
 propter varia quæ protulit argumenta, con-
 cludit. Sic priuatim in vnoquoque Spiri-
 tum, priuatam cuiusque prudētiam, & Spi-
 ritum discretionis in vnoquoque priuatim,
 certum ac firmum constituit iudicem &
 arbitrum, qui de omnibus pseudoprophetis
 iudicet, & omnes Satanæ fallacias dijudicet
 atque compescat; adeoque per fidem verbi
 Dei de Satana triumphet. Hunc priuatim
 Spiritum, omnium (quæcunque fuerint) hæ-
 resum fundamentum, alio quodam in
 opere latè refutauimus. De Spiritu quoque
 discretionis in Antidotis Euangelicis nu-
 per contra Calvinum disputauimus. Vnum
 hīc verbum adiiciam, vt rei absurditas ma-
 gis appareat; mox singula hominis argu-
 menta

Idem vt
 pestilen-
 tissimum
 refutatur.

De prin-
 cip. fidei
 lib. 10 c. 5
 In Ioan.
 cap. 7. ver.
 17.

Ec 3 menta

Scriptura
rum priua
ta indaga
tio nō est
certa ve
ritatis in
ueniendæ
regula.

menta paucis decutiã. Si Spiritus Dei
vnumquēque in Scripturis seu per Scrip
tas (hoc enim est quod Calvinus hic dicit
per fidē verbi sui) omnem veritatē omnemque
fallaciã Satanicã dijudicandã certitudi
nem docet; hic Spiritus Dei aut ad Scrip
turas alligabitur, vt nō nisi per illas doceat
aut non alligabitur, vt etiã absq; illis vnus
quisq; pulsando & quærendo, a solo diuino
Spiritus afflatu omnem veritatē hauriat. Si
posterius, ad Stenckfeldianorum dementiam
deuoluimur, quæ cum diuinarū Scriptura
rum aperto contemptu solis enthusiasmi
affatibus, quos orãdo perere, & meditan
do quærere ac pulsare se dictitant, omnem
veritatem explorant. Et sanè ex hoc priuati
Spiritus impurissimo fonte, foeda illa
Stenckfeldianorum impietas profluxit. Si
prius affirmatur, & ad Scripturas Dei Spi
ritus alligatur, hoc vnū seductoribus mo
dernis propono, quare non multò probabili
us ac certius atque securius Spiritum Dei
ad Ecclesiam alligari, id est, Spiritum Dei
non nisi per os & ministerium Ecclesiæ, Pa
storum dico & Doctorū Ecclesiæ, omnem
veritatem loqui, docere, testari affirmam
quã per Scripturas; quando huic Eccle
siæ, his (inquam) Ecclesiæ suæ Pastoribus &
Doctoribus Spiritū suum Christus diserte
promiserit, & ad hunc ipsum finem promi
serit; (quod tam multæ Scripturæ diserte
finit.

Ioan. 14.
& 16. & 17.
Matth. 28.
Ephes. 4.
Luc. 10.

simè loquuntur) in Scripturis autem veritatem unumquemque querere & scrutari vel nusquam vel rarissimè Scriptura doceat: Hoc (inquam) interim unicuique expendendum propono. Nam ita prorsus se rem habere, alijs in locis saepe & identidem docuimus.

Nunc ad Caluini hinc argumenta cumulate etsi concisè prolata veniamus. Non est (inquit) *timendū de Spiritu prudētia & discretio- nis singulis affuturo, quia Dominus pronunciauit se fore doctore hominum.* Verum est, mediantibus alijs Doctoribus, quos dedit Ecclesiæ suæ: non autè quòd singulos Deus absq; Ecclesiæ ministerio docer: *Memoria tenendū est* (ait ipse alibi Calvinus) *non modò datam esse nobis à Deo Scripturam, sed Interpretes simul & Doctores esse additos, qui nos adiuent.* Et alibi citatis Pauli verbis de datis Ecclesiæ Pastoribus ad Ephes. 4. 11. *Videmus (inquit) ut Deus, qui posset momento suos perficere, nolit tamen eos adolefcere in virilem aetatem, nisi educatione Ecclesiæ. Videmus modum exprimi, quia Pastoribus inuncta est caelestis doctrinae prædicatio. Videmus omnes ad unum cogi in eundem ordinem, ut mansueto & docili Spiritu regendos se Doctoribus in hunc usum creatis permittant.* Hæc Calvinus, se ipsum egregiè refutans, palâque docens sic Deum esse doctorem hominum, ut per Ecclesiæ Pastores doceat. Ita priuatis spiritibus, qui Ecclesiæ Doctores audire non sustinent,

Ec 4 nihil

Deus docer per Doctores Ecclesiæ. Suprà Act. cap. 8 ver. 31. in commēt. Institur. lib 4. cap. 1. num. 5.

Calvinus ex seipso refutatur.

2.
Deus propinquus rectis corde.
Roma. 1.
- nihil patrocinaur, quòd Deus se doctorem hominum pronuntiat. Addit: *et pollicetur se Deus se fore propinquum rectis corde.* Sanè qui recti corde obtemperant docenti Ecclesia, & (vt Paulus Romanos laudat) *obediunt ex corde in formam doctrinae in qua traditi sunt.* Profert tertio, docere Paulum *verbum Dei esse gladium Spiritus*, vtiq; quando ab illo doctore profertur verbum Dei, qui ad verbi praedicationem & doctrinam legitime missus est. Sanè quod puella ista pythonica clamauit, verbum veritatis & verbum Dei erat, sed gladius spiritus nequam, quo occidere & fascinare volebat; non gladius Spiritus Dei, qui corda audientium ad salutem penetraret. Adeò interest à quo hoc verbum proferatur, & quis hunc gladium exerat. Profert quartò, testari Paulum, eos, qui *probè fundati sunt in fide Euangelij, non esse amplius obnoxios hominum imposturis.* At vbi hoc Paulus dicat, non notat Calvinus: & quidem qui probè fundati sunt in fide Euangelij, quòd & quatenus tales sunt, hominum imposturis non sunt obnoxij; sicut *bona arbor non facit malos fructus*, quatenus & quamdiu talis est. Sed tam semel bene fundati imposturis hominum abripi à fide possunt, nisi mentiebatur Paulus dicens Galatis, *Curreratis bene: quia vos impediunt veritate non obediens?* quàm arbor bona in malam verti potest, nisi mentiebatur Propheeta dicens, *Quomodo conuersa*

3.
Verbum Dei quomodo gladius Spiritus.

4.
Euangelij in fide fundati adhuc obnoxij erroribus esse possunt.

Matth. 7.

Gal. 4.

Jerem. 2.

conne
tem
ne cir
homi
vni
tia E
bonu
tò, S
te in
& cl
luce
alios
nobis
non
modo
do au
luce
miss
ture?
tia, a
locu
còtr
tò &
teft
inuen
Chr
mùr
ibi n
ome
Deu
la, pe

conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Ne autem hominum imposturis obnoxij simus, ne circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum & astutia, non Spiritus discretionis unicuique in particulari, sed Spiritus sapientiae Ecclesiae Pastoribus ac Doctoribus ad bonum generale datus est. Profert quinto, Scripturam à Petro vocari *lucernam ardentem in loco caliginoso*. Atqui tum demum maximè & clarissimè hæc Scripturæ lucerna nobis lucet, quando Ecclesia, quæ est *lux mundi*, ut alios illuminet, eam manu sua gestat, eam nobis demonstrat, exponit, explicat. Deinde, non lucet Scriptura nisi credentibus. *Quomodo autem credent ei quem non audierunt? quomodo audient sine predicante?* Ita, ut luceat hæc lucerna, ad Ecclesiae prædicatores legitimè missos (*Quomodo enim predicabunt, nisi mittantur?*) veniendum est. Ita pro priuata prudentia, aut Spiritu discretionis priuato, nihil hic locus facit. Vide plura in defensione nostra contra V Whitakerum lib. 1. cap. 9. Profert sexto & postremo, quod frustrari nos non potest benigna illa Christi inuitatio, *Quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis*. Ista quidem Christi vox frustrari nos non potest, sed primum de fidei veritate querenda Christus ibi non loquitur, verum credentes docet omnia alia ad salutem necessaria pijs apud Deum precibus esse petenda. Tria enim illa, *petere, querere, pulsare*, rem vnam dicunt, assiduis

Ee 5

fiduis

Ephes. 4.

5.

Scriptura quomodo lucerna ardens 2. Pet. 1. Matt. 5. Ephes. 3.

5.

Rom. 10.

6.

Querere ut inueniamus quomodo iubet Christus.

fiduis apud Deum precibus agendum
omnia nobis necessaria ab eius bonitate
imperremus; quod tota subsequens oratio
manifestè indicat: *Quis ex vobis homo, quæ-
petierit filius suus panem, &c.* Deinde, ipsa fidei
doctrina si propter latrantes & pacis Ec-
clesiasticæ turbatores hæreticos quærenda

Fides quo
modo &
quatenus
quæreda.

Act. 7.9.

Act. 9.

Act. 16.

Calvinus
seipsum
refutat.

est, eo modo quærenda est, qua eam inueniri
posse Christus docuit. *Dedit autem Pastores
Doctores animarum, à quibus omnis fidei veritas
simplicitate Christiana expectanda
accipienda est.* Ad Eunuchum Scripturas
legentem, & in illis doctrinæ veritatem en-
quirentem, Philippum Evangelistam mittit
Deus. Saulum de cælo tactum mittit ad
Ananiam, vt discat quid facere debeat. Cor-
nelius, tamen ab Angelo Dei visitatus, in
fidei doctrinâ discat, ad Petrum mittitur. Vnde
ipse Calvinus veritate victus ita scribit.
*Quisquis vult Christi discipulus esse, & illuminari
caelestis sapientia luce, ad externam hominum vocem
qua Christus tanquam organo vtitur, & cuius fides
nostram vult esse annexam, attentum se ac docilem
præbere ne grauetur.* Hæc ille. Sic igitur quæ-
renda veritas; ipso se ipsum pulchre refutat
Calvino. Qui enim alijs se docilem & atten-
tentum præbere debet, ille de prudentia &
discretionis Spiritu, sua propria Scriptura-
rum indagatione confusus, præsumere certum
non debet. Cæterum de his Christi verbis
Quærite, & inuenietis, in Antidotis nostris
Euang.

Ad Ioan.
caput 7.
verf. 17.
In fer 2.
hebdom.
2.

Evangelicis aliqua diximus, sed plura & vberius in Promptuarij nostri Catholici parte Quadragesimali. Concidit igitur prorsus Caluini fundamentum ad Satanæ decipulas fugiendas adinuentum, singulis eius argumentis ad istud conficiendum nullam planè vim habentibus. Qui ab omnibus Satanæ imposturis, ab omnibus pseudoprophetarum fallacijs liber & immunis esse cupit, Ecclesiam audiet, à Christo in auctoritate positam, vt omnem in terris veritatem doceat.

20. *Et offerentes eos Magistratibus dixerunt: Hi omnes conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudei.*

CUm eo tempore diuinas Scripturas fecedis suis & impuris manibus contrectaret Caluinus, quò aduersus pullulantes hæreses, tam suas Geneuæ natas, quàm alias alibi exortas, aliqua vigilaret legum disciplina; & seditiosi sectarij pacem Ecclesiæ turbâtes aliquo coërcerentur tam Ecclesiasticæ censuræ quàm secularis brachij vigore ac vindicta: sicuti ad impiæ suæ ac suorum causam tuendam alijs Scripturis (quo modo fieri potuit) abusus est; ita & hac historiæ Apostolicæ parte contra eam, quæ tunc aliquatenus vigebar, hæreticorum inquisitionem abuti voluit. Sed alia longè hodie rerum facies (ex eo ipso potissimum alia,

alia, quòd illa, de qua conqueritur, inquit
 tio mollior & remissior æquo fuerat) quæ
 in sectam suam hæc querela & accusatio
 amulsim quadret, ad oculum demonstrat
Versatè (inquit) *conficta fuit hæc criminatione*
grauandos Christi seruos. Nam quamuis improbi
nequiter se gerant hostes Christi, aliquas tamen pe-
candæ causas excogitant. Imò etiam si clarè appare-
eorum cupiditas, ferrea tamè fronte semper aliquos
ingerunt ad tegendam suam turpitudinem. Hæc
 in genere impiorum persecutorum & Ec-
 clesiæ hostiũ accusatio verissima est. Num
 ad quam hypothese[m] descendat, videamus.
 Ita hodie (inquit) quicumque ex Papistis sunt ac-
 rimi zelotæ legi suæ, nihil tamen in animo habent
 præter suum quæstum ac dominationem. Deserunt
 per omnia sacra licet pio affectu se cogi, res tamen
 sua clamitat zelum eorum accendi ex frigore culinae,
 & eius flabellum esse ambitum. Et vnde hoc
 probas, Caluine? Nam, inquit, sunt vel fami-
 lici canes; vel leones qui nihil nisi scintillam spirant.
 Egregia verò probatio, quæ crimen intentatum
 nihil quam alijs verbis reperit & as-
 seuerat: quasi fortiter bacchari & caluniarum
 esset luculenter & inuictè probare. Ceterum
 ad totum hoc bacchandi genus, quod
 homo impius, quod Dei proprium est, sibi
 sumit, vt sit scrutator cordium & renum,
 Deique iudicist non præuenit modò contra
 Paulum, qui iubet neminem ante tempus iudi-
 care, sed & arrogat quoque; iudicans confisus
 cordium,

Caluini
 querela
 de perse-
 cutione
 aduersus
 hæreticos

1. Cor. 4.

cordium, & illuminans abscondita tenebrarum, quod soli Deo Paulus tribuit, alio in loco quæ sufficere possunt, vbi easdem fœtidas sordes iterum euomuit Calvinus, diximus. Nunc quid externi operis & in oculis hominum positi accuset, audiamus. *Calumniatur seditionem mouere Christi seruos, & pacem publicam turbare obtendunt à Paulo & eius comitibus. Eodem titulo odiosè traductus fuit Christus Luc. 23. 5. & Ioann. 11. 48. Et nunc ad creandam nobis odium nihil magis plausibile habent: Papista quàm dum clamant non aliò spectare doctrinam nostram, quàm ad turbas miscendas, vt tandem facta sequatur rerum omnium confusio. Hæc sanè accusatio, maximè contra sectam Calvinisticam, quàm luculenter vera accerta sit, multorum iam annorum experientia ad oculum docuit. Et ne longè à Caluino abeamus, ipsam Geneuam quomodo Farrellus & Viretus Caluini sodales primùm occupauerunt, nisi concitata seditione, vno & eodem die contra legitimum Principem Sabaudia ducem apertè rebellando, & loci Episcopum ciuitate eijciendo. Ipse postea Calvinus eas Geneuæ seditiones mouit, vt pelliciuitate homo nefarius debuerit, donec postea, vbi Argétinæ aliquandiu resedisset, factionis suæ studio reuocatus, per quos eiectus fuerat, ipse vel eijci, vel capitis aut fortunarū discrimen subire cogerit. Sanè hæresis Calvinianæ ita indiuidua esse comi-*

Caluini-
stica secta
seditiosa.

tem

tem seditionem ac turbas, aded ipse non diffiterur Calvinus, vt in lib. suo de scandalis, in secunda classe scandalorum que exortum Euāgelium secum adfert, seditioni ac turbis primum locum tribuat; & hoc scandali genus aded non deprecetur, vt hūc in modum illum locum concludat: *Ab Euangelio recedere vt seditionibus obuiam eamus, nimis perversum est.* Denique, vt vno verbo complectar omnia, Caluini secta quā est ad concitandas seditiones nata, ad micendas turbas facta, ad fœdam rerum omnium confusionem introducendam comparata, Hugonotarum in Gallia, & Baraunorum in Belgio, tam frequentes, tam potentes rebelliones, toti orbi testantur. Iam verò suarum sibi seditionum machinandarum, & irrequieti ac turbulenti spiritus optimè consciij Calvinistæ Angli, ad creandum illic Catholicis odium nihil magis plausibile habent, quā dum clamitant, Principique persuadent, non aliò spectare Catholicorum nobilium in Anglia constantiam, qui Calvinistarum sacrilegijs interesse nolunt; non aliò spectare Sacerdotum illic Catholicorum pias operas, qui fidem orthodoxam publicè ac per domos docendo, & Sacramenta administrando, in eo regno fouent; non aliò spectare Catholicorum Anglorū studia, qui de rebus hodie in religione cōtrouersis seu vernaculo seu Latino sermone

Tract. de scandalis, pag. 126.

sermone conscriptos libros in patriam transmittunt, quam ad turbas miscendas, ad seditiones in regno concitandas, ad Principem suo solio deturbandam. Sic eorum contra Catholicos loquuntur edicta, decernunt comitia, grauissima & extrema profitentur supplicia: sed quam immerito, quam penitus falso, multis iam editis libris toti orbi innotuit. Videri hac de re possunt, liber contra persecutores Anglos, Andreas Philopater contra edictum Reginae Angliae Didymi Veridici Apologia, ac demum conuerationes Catholicorum in Anglia in vnum volumen congeſtae, Remis, Lugduni, Constantiae, & Treueris edita. Interim quod hic in sua causa concludit Calvinus, idem & nos concludimus: *Sed hanc falsam infamiam Christi & Pauli exemplo fortiter nos spernere decet, donec malitiam hostium nostrorum in lucem producat Dominus, & impudentiam refellat.*

21. *Et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani.*

HAEC quoque verba in aliquod Catholicae fidei praedudicium torquere posse confidens Calvinus, artis suae specimen etiam hoc in loco edere voluit. *Praedudicio* (inquit) *nicuntur, ne causa veniat in disputatione: qualiter & Papistae hodie nobiscum agunt. Hoc in generali Concilio decretum est: Magna recepta est opinio*

opinio, quam ut fas sit dicitur: Hoc diuini
 usus approbavit: Hoc plusquam mille seculorum
 consensus sancit. Ita sanè. Sic contra Nouatores
 disputant Catholici, contra hereticos orthodoxi,
 contra schismaticos Ecclesie filij. Sic contra veteres
 hereticos antiquissimi Patres, ^a Tertullianus
 in Præscriptionibus aduersus hereticos, & in
 principio libri contra Heumogenem; ^b Hieronymus
 contra Origenem; ^c Gregorius Nazanzenus
 contra Arianos; ^d Hilarius aduersus eosdem;
^e Irenæus contra Valentinianos; ^f Cyprianus
 aduersus Nouatianos; ^g Augustinus aduersus
 Donatistas; ^h Optatus aduersus eosdem;
ⁱ Basilius aduersus Eumonianos, quorum
 omnium verba alio loco produximus. Et quare
 tadem hoc maximum & fortissimum contra
 hereticos præiudicium Caluino displicet, nisi
 quia ipse hereticus erat, & Ecclesie consensus,
 auctoritatem, fidem, ferre non valuit? An forte
 aliquid argumenti habet, quo huc fortissimum
 Ecclesiasticæ antiquitatis arietem retundat?
 Videamus quid contra disputet. Sed quorsum
 (inquit) hæc omnia, nisi ut verbo Dei nihil
 auctoritatis relinquatur? Iactantur homines
 placita: interim Dei legibus ne extremus
 quidem locus conceditur. Cui breuiter respondeo:
 Antiquitatis Ecclesiasticæ præiudicium, Con-
 ciliorum saluberrima auctoritas, mille seculorum

Antiquitatis Ecclesiasticæ præscri-
 ptio contra hereticos defenditur.
 a. Cap. 1.
 b. In Epist. ad Pam-
 machium & Oceanum
 c. Epist. 2. ad Cleodanum.
 d. In lib. de Synodis.
 e. Lib. 3. cap. 3. & 4.
 f. In lib. de unitate Ecclesie.
 g. Epist. 42.
 h. Lib. 2.
 i. Epist. 72.
 k. De prin-
 cip. fid. 1. 4. cap. 3.

lorum
 cos,
 & fo
 non
 tho
 quid
 Dei
 rius
 lia
 pi,
 tis
 præ
 hom
 eoru
 fidei
 præ
 audi
 præ
 legi
 Præ
 ius
 suas
 Scri
 plac
 Con
 qui,
 corr
 extre
 Cali
 Con
 secu

Ior um

lorum consensus, aduersus omnes hareticos, & ipsos maximè Calvinistas, rectissimè & fortissimè producit, premitur, vrgetur; non vt verbo Dei, Dei que legibus nihil authoritatis relinquatur, nedum vel extremus quidem locus concedatur; sed quia verbum Dei & Dei leges meliùs intellexerunt, purius crediderunt, sanius docuerunt, generalia Concilia, tot seculorum Patres, Episcopi, Doctores, quam nouelli cuiuslibet ætatis haretici, ab Ecclesiæ Catholicæ radice præcisi, & gremio eiecti. Nec hîc iactantur hominum placita neglecto Dei verbo; sed eorum hominum voces audiuntur, decreta fidei creduntur, iudicium & authoritas in prælio habentur, quos veluti semetipsum audire Christus iussit, qui ad Dei verbum prædicandum, docendum, explicandum legitime missi sunt, quibus, vt Ecclesiarum Præpositis, obedire & subiacerè Apostolus iussit. Calvinus insigni fraude & nequitia suas diuini verbi deprauationes, suas sanctæ Scripturæ corruptelas, sua impia & profana placita pro *Dei verbo Dei que legibus* obtrudit. Conqueritur *Dei verbo nihil authoritatis relin-* qui, nempe prout ille Dei verbum exponit, corrumpit, deprauat. Clamat *Dei legibus ne-* extremum quidem locum concedi; nempe quia Calvinii placita, & portentosa dogmata, Conciliorum generalium decretis & mille seculorum consensui postponuntur. Hac

Contro-
uersiã
hodie sta-
tus.

infide-
lium
argum-
entis
vultu

Caluini
larua de-
trahitur.

Ff diu frau-

Dei ver-
bum vo-
cant hæ-
retici pro-
prias ver-
bi cor-
ruptelas.

Caluini
fœdus &
impius pa-
ralogif-
mus.

diu fraude mundo illudit Calvinus, illuſerit
atque inſularunt hæretici. Omnem Eccle-
ſiæ authoritatem, cōſenſum, iudicium, re-
ciunt, vt Dei verbum regnet. Interim De-
i verbum illud eſt, quicquid illi ex diuina
Scriptura ſclerate deprauata impiè ac ne-
fariè colligere poſſunt. Quod huius etiam
loci tractatio luculenter oſtendit. Videt
enim, Lector, quomodo hæc Paganorum
infidelium contra Apoſtolos verba Chri-
ſtianiſ Catholicis contra quemlibet hære-
ticum accommodet. *Quatenus (inquit) valere
debent hæc præiudicia, ex præſenti loco ſtatueret.
Præclara erant leges Romanae. Sed religio
aliunde quàm ex ſolo Dei verbo pendet. Ideo in
cauſa ſemper attentè videndum, vt, hominibus
ordinem coactis, vna præualeat Dei authoritas,
ubi que, quicquid excellit in mundo, ſubijciat.* Hæc
eſt igitur Caluini collectio: Philippicæ
illi, colonia Romana, homines idololatra
iuxta ritum Romanorum, qui adhuc Chri-
ſtum neſciebant, mores & inſtituta ſua ido-
lolatrica, quæ longo tempore inualuerant
contra Apoſtolicam de Chriſto prædicatio-
nem recenter tunc Gentibus illatam, ab-
rogare, aut ex eis præiudicium facere non
debant. Ergo contra quemlibet hæreticum
ſua recenter ſpargentem dogmata, nullam
Conciliorum generalium authoritatem, nul-
lum in Eccleſia Chriſtiana antiquiſſimum
uſum, non vel mille ſeculorum in vna & ſola
Eccleſia

Ecclesia Christi consensus vel allegari vel aliquod præiudicium facere debet. Quis nõ videri quàm nefariè Historiam Apostolicam impurus impostor deprauet? Ab idololatriis ad Christianos, imò ad omniũ Christianorum à mille seculis Magistros; & ab Apostolica recenti prædicatione ad quamlibet nonnellam hæresim, disputat, argumentatur, concludit. Sed de hoc non minùs impio quàm absurdo argumentandi genere paulò superius contra Calvinum latè disputauimus.

Ad cap. 14
vers. 15.

31. *Crede in Dominum Iesum, & saluus eris tu, & domus tua.* 32. *Et locuti sunt verbum Domini cum omnibus qui erant in domo eius.*

Solius fidei iustificantis placitum horum temporum hæretici, diuinæ charitatis & bonorum operũ iurati hostes, sic arcto amore complexi sunt, vt vbicumque vox fidei aut credèdi præceptum in Scripturis sonat, ibi cõfestim suam solã fidem iustificantem, veluti adamatam suam, loquentem se audire videãtur, eiusque in amplexus currant: non absimiles sanè Herodi seniori, qui cum dilectissimam suam cõiugem Mariamnem præcipiti consilio è medio sustulisset, eã tamè, veluti adhuc superstitem, sapissimè aduocabat, & à satellitibus suis aduocari iuebat. Sic enim illi mortuam iam dudum, pe-

Iosephus
Antiquit.
lib. 15. c.
11.



nitusque profligatam, & iusto Ecclesie Catholicae decreto damnatam *solam fidem iustificantem*, veluti adhuc in Scripturis viuentem, ad quamlibet de fide vocem, solam suam fidem iustificante coram adeste & loqui imaginatur. Ad hanc quippe simplicissima Pauli verba, *Crede in Dominum Iesum, & saluus eris*, sic solam fidem iustificante ex ore Pauli audire sibi visus est Calvinus, ut veluti certissime presentem lectoribus eam suis his verbis commendat, quasiq; digito demonstrat. *Duos (inquit) hic notanda sunt: primum, Christum esse unicum fidei scopum: ideo nihil quam vagari hominum mentes, quum ab eo declinant. Recte quidem istud & verè de fidei in Christum necessitate dicitur, estque mel Calvinianum, quo lectoris sui os tatisper illinere voluit, ut subsequens venenum suavis ac facilius deglutiat. Ad quam rem alio etiam artificio vitatur. Priusquam suum illi toxicum propinet, Catholicorum doctrinam traducit, & lectoris animum Catholicæ Ecclesie (quæ longè aliud docet) odio imbuit. Itaq; (inquit) nihil mirum si tota Papatus Theologia immane sit chaos, & horribilis labyrinthus: quia, neglecto Christo, sibi in vanis & ventosis speculationibus indulgent. Grauis & fœda accusatio, sed quæ nec minimo verbo probat. Satis habuit impudenti mœdacio & terrificis verbis (*Immane chaos, horribilis labyrinthus*) lectorem suum attonitum reddere, & totius Catholicæ Ecclesie odio (ne, quid Catho-*

Calvinus
veneficus
artificio-
sus.

Catholici doceant, vel minimum aduertat) efficaciter imbuere. Nam nihil quã scurriliter mētiri nebulonem, tota Catholica doctrina, & ipsa maximè Scholastica Theologia (vbi de Christo eiusq; totius vitæ ac doctrinæ partibus singulis copiosissimè disputatur) omnibus qui vel primis labris eã attingerūt, luce meridiana clariùs demonstrāt. Hoc igitur duplici artificio vsus, ad suã adamatam, quam hïc præsentem somniauit, accedit, suumq; toxicum (animo lectoris hæctenus ad id præparato) apertè effundit. Deinde (inquit) *notandum est, postquã fide amplexi sumus Christum, id vnum sufficere ad salutem.* Hoc quidem *notari* iubet Calvinus, & solã suam fidem saluãtem quasi præsentem digito demonstrat. Sed illa in verbis Scripturæ Apostolicæ nusquam apparet. Si enim docente Paulo, *Crede in Dominũ Iesum, & saluus eris,* docuit Paulus, postquam fide amplexi sumus Christũ, id vnũ sufficere ad salutẽ; ergo alio in loco dicente Christo, *Hoc fac, & viues,* docuit Christus, postquã Deum & proximum dilexerimus, id vnum sufficere nobis ad vitam æternam, siue in Christũ credamus, siue nõ. Calvinianæ consequutionis absurditatẽ & impietatẽ quis nõ videt? Audiamus tamẽ quæ apud eũ sequuntur, an hanc suam notationem adamatam quoquo modo probabilẽ nobis reddere queat: imò an nõ eam longiùs disputando ipsemer egregiè refuter.

Ff 3

Sed

Caluini
stolidus
paralogis-
mus pro
sola fide.
Luc. 10.
28.

Sed posterius (inquit) membrum, quod mox subnectit Lucas, melius fidei naturam exprimit. Iubent Paulus & Silas custodem carceris in Filium Dei credere. An præcisè in hac vna voce subsistunt? Nequaquam sanè: quo magis impius Calvinus est, qui ex eo verbo colligit, id vnum, credere in Christum, sufficere ad salutem. Si enim in ea vna voce præcisè non subsistit Paulus, quare in ea vna fide subsistit Calvinus, & illam vnam fidem ad salutem sufficere affirmat? Sed cum Caluino pergamus: Imò sequitur apud Lucam in contextu, ipsos annuntiasse sermonem Domini. Hoc sanè sequitur; & hoc ipsum docet, Paulum & Silam non hoc solum custodem illum carceris docuisse, ut crederet in Dominum Iesum, sed alia quoque ad salutem necessaria docuisse: nempe vt Dei mandata seruaret, idque iuxta communem legationis formam omnibus Apostolis à Christo datam, quam à Paulo prætermittam fuisse, nisi admodum impiè, cogitari potest.

Math 28. Forma autem legationis hæc erat: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. docentes eos seruare omnia quaecumque præcepi vobis.* Sic Paulus & Silas hunc custodem carceris docuerunt & baptizarunt, docentes eum non solum credere in Dominum Iesum, à quo doctrinæ exordium capiebant, sed docentes eum præterea seruare omnia quaecumque mandauit Christus. Et hæc est illa verbi Domini annuntiatio, quam Lucas in con-

Mandatum ob-
seruatio
baptizan-
dis iniun-
ta.

in cōtextu subnectit. Quod & in prima Pe-
 tri concione fecerat: cuius summa de fide in
 Christum crucifixum commemorata, sub-
 nectit: *Alijs etiam verbis plurimis testificatus est,*
 & exhortabatur eos dicens, *Saluamini à generatio-*
ne ista praua. In his verbis (ait S. August.) erat
mortuorum operum cōdemnatio, quæ nequiter agunt
huius seculi dilectores, & commendatio vitæ, quam
teneant atq; sectentur quæ se ab hoc prauo seculo eri-
piunt. Iam itaque, si placet, affirmare conentur, eum
se eripere ab hoc seculo prauo, qui tantummodo cre-
dit in Christum, etiam si in flagitijs, quibus voluerit,
perseueret vsq; ad professionē adulterij. Quod si dice-
re nos fas est, audiant baptizadi nō solum quid credere
debeant, sed etiam quæadmodū se ab hoc seculo prauo
eripiant. Ibi enim necesse est vt audiant quemadmo-
dū credentes viuere debeant. Hæc haftenus Au-
 gustinus. Et paulò pōst, tractās prædicatio-
 nem Philippi, qui Eunucho euangelizās Chri-
 stum, nihil aliud dixisse à Luca memoratur,
 quàm, *Si credis ex toto corde, licet te baptizari,*
 quod pro solius fidei sufficientia quidam ra-
 piebāt, vt hoc loco Calvinus, scribit iterum
 Augustinus: *Si Scriptura in eo quod ait, Baptiza-*
 uit eum Philippus, intelligi voluit impleta illa om-
 nia, quæ, lice: taceantur in Scripturis: gratia breui-
 tatis, tamen serie traditionis scimus implenda, pari
 modo etiam in eo quod scriptum est, euangelizasse
 Philippum spadoni Dominum, nullo modo dubitan-
 dum est & illa in Catechismo dicta esse, quæ ad vi-
 tarū moresque pertinent eius qui credit in Domi-

AA. 2.
 De fide &
 operibus
 cap. 8.

Ibidē c. 9.

num Iesum. Hoc est enim euangelizare Christum, non tantum dicere quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi. Hæc iterum Augustinus. Sic & quod Lucas hoc loco verbis Pauli & Silæ, *Crede in Dominum Iesum, & saluus eris*, subtextuit, *Et locuti sunt verbum Domini*, docet Paulum & Silam, quæ de Christo credenda, & quid credentibus in Christum faciendum erat, pluribus verbis docuisse: vt istud posterius membrum apud Lucam non *fidei naturam*, vt somniat Calvinus, sed totius Euangelicæ doctrinæ naturam & summam melius expresserit. At ex his verbis quid colligat Calvinus pro fidei natura aduertimus. *Videmus ergo* (inquit) *vt fides non leuis, vel arida opinio de rebus ignotis, sed liquida distincta que Christi cognitio ex Euangelio concepta. Absit rursus Euangelij prædicatio, nulla iam restabit fides. In summa, Lucas fidem cum prædicatione doctrina coniungit; & postquam de fide breuiter locutus est, exegeticè refert verum & legitimum credendi modum. Ad suas hæreses quoquo modo stabiliendas vigilans & attentus est Calvinus. Inter alia insana hæreticorum hodie dogmata, vnum est; fidem ex Euangelicæ prædicatione nasci. Quod vt de fide generaliter accepta, siue de doctrina fidei & omnium credendorum verissimum est, ex parte causæ externæ (Quomodo enim credent quæ non audierunt? & quomodo audiet sine prædicatione?)*

Sacri textus fœda corruptio

Rom. 10.

sic in

sic in sensu hæreticorum hodie, videl. fidem
 seu fiduciam & certitudinē remissionis pec-
 catorum ex Euangelij prædicatione nasci,
 & tunc per Ecclesiā remitti credētibus pec-
 cata, quando per Ecclesiæ Ministros prædi-
 catum de Christo Euāgeliū creditur, fideq;
 apprehenditur, merum signum est, vt la-
 tius alio in loco cōtra inanes Caluini dispu-
 tationes ostendimus. Hoc suorū hominum
 signum ex hoc loco stabilire se posse Cal-
 uinus arbitratur. *Videmus* (inquit) *vt fides* (in-
 tellige semper fidem Calvinianam, quæ est
 benevolentie erga nos diuinæ certitudo, &
 de data peccatorū remissione certa persua-
 sio) *est liquida distinctaque Christi* (nos scilicet
 iustificantis, & peccata nostra perpetuò re-
 mittentis) *cognitio ex Euangelio cōcepta.* Et vn-
 de hoc vides, Caluine? *Quia Lucas adiunxit de*
Paulo & Sila, Loquuti sunt illis verbum Domini.
 Sed in hac locutione, seu annūciatione, seu
 prædicatione verbi Domini, quod tandem
 vel minimum fidei Calvinianæ vestigium
 apparet? Ex hoc sanè loco apparet, Paulum
 & Silam custodem illum carceris nō solum
 ad credendum hortatos fuisse, sed prolixio-
 rem adhuc illi verbi Euangelici explicatio-
 nem fecisse; vnde manifestè sequitur, non
 in sola fide doctrinam Euangelicam consi-
 stere, nec in illa vna voce, *Crede in Dominum*
Iesum, quasi id vnū sufficeret, (quod hic Cal-
 uinus affirmat) Paulum ac Silam substituisse,

FF 5 sed

In Antid.
 Euang ad
 Ioan. c. 2.
 vers. 23.

sed alia adhuc plura custodem illū doctūse.
 Quæ illa plura fuerint, tutius ac certius ex
 forma Apostolicæ prædicationis (Matth. 28.
 20.) a q; ex D. August. explicatione (vt iam
 dictum est) quam ex vllis Caluini figmentis
 intelligere debemus. Interim aduertat Le-
 ctor, ad eius collectionis probationem, qua
 colligit, *quia Paulus iussit credere in Christum*
 vt saluus esset, *idcirco id vnum ad salutem suffi-*
cere, nihil afferre Caluinum.

Caluinus
 suū prin-
 cipale pa-
 radoxum
 nec vno
 verbo pro-
 bauit.

Nunc quia paulò latius Paulum ac Silam
 verbum Dei annūciasse Lucas commemo-
 rat, rapit inde Caluinus reprehendendæ Ca-
 tholicæ doctrinæ ansam. *Ideo (inquit) pro-*
figmento implicitæ fidei, de quo balbutiunt Papistæ,
teneamus fidem verbo Dei implicitam, que nobis
Christi virtutem explicet. Cui eius conclusioni
 respondeo: Pro figmento solius fidei iustifi-
 cantis, & specialis huius fidei Euāgelio an-
 nexa, de quo tam multa balbutit Caluinus,
 teneamus fidem verbo Dei implicitam, illi
 sanè verbo Dei quod Paulus scripsit: *In Chri-*
sto Iesu neque præputium neque circumcisio aliquid
valet, sed fides que per dilectionem operatur: que
 vna fides per charitatis opera iustificans, vir-
 tutem Christi nobis explicat. Fides implici-
 ta, de qua tam crebrò balbutit Caluinus,
 tametsi liquidam & explicatam cognicio-
 nem Christi non habeat, non tamen eorum
 est qui Christum ignorant, aut qui in Chri-
 stum non credunt, aut denique talis fides, vt
 sic cre-

Gal. 5.6.

Fides im-
 plicita
 quæ &
 qualis.

sic credentes Christi beneficio ac vita per
 Christum spoliet. In fidem implicitam non
 ipsa explicatè credenda fidei dogmata cadunt,
 sed altiora quædam fidei mysteria, quoad causas & connexionem eorum. Credit quilibet Christianus in Deum Patrem, Filium, & Spiritum S. in Filium Dei incarnatum, de Virgine natum, de Spiritu S. cõceptum, & reliqua quæ in Symbolo continentur. Credit adhuc alia in Concilijs contra varios hæreticos definita, aut saltem credere ea paratus est vbi id edoctus fuerit. Caterùm quia non quilibet Christianus horum omnium tam liquidam & explicatam cognitionem habet, vt vel singula de Deo ac Christo in Concilijs definita teneat, vel, si ea tenet, rationes & connexiones singulorum cognoscat; nec intelligat quomodo vnica Dei essentia in tribus personis subsistat, cur vna persona Pater, alia Filius, tertia Spiritus Sanctus vocetur; quomodo Christus cum duabus naturis in vna persona subsistat; quomodo Deo Patri consubstantialis; quomodo ex solo Patre Filius, ex Patre & Filio Spiritus S. suam originem accipiat; quia, inquam, hæc non intelligit, sed quod de istis credit Ecclesia, quod maiores eius Ecclesiarum Pastores credunt, hoc ille etiam firmiter credit; idcirco de his omnibus fidè implicitã habere dicitur: nec aliã habere simplex & idiota Christianus tenetur.

Iam

Iam quia Calvinus ex hac Pauli & Silæ prædicatione custodi carceris ac domesticis eius facta, hanc fidem refellere, liquidam verbam & explicitam Christi cognitionem singulis necessariam probare contendit; ut eius in hac parte dementia omnibus perspicua fiat, quæro à Caluino, quo tandem modo fieri potuit, ut Paulus ac Silas custodem illum carceris, eiusque domesticos, claram & explicitam Christi cognitionem, omnium (inquam) fidei dogmatum liquidam & explicitam notitiam, illa vna nocte docere potuerint, quæ & crediderunt & baptizati fuerunt illi omnes, posteaque Pauli ac Silæ vulnera lauerunt, & adductos è carcere in domum, mensam illis apposuerunt. An tantillo tempore liquidam & explicitam Christi cognitionem tradiderunt; talem, inquam, quæ nihil implicita fide credendum nouellis illis Christianis relinqueret? Hoc nisi absurdissimè dici potest, vanus & insulsus Calvinus, qui ex hac Pauli & Silæ prædicatione tam liquidam & explicitam Christi cognitionem recentibus illis discipulis traditam infert, quæ fide omni implicita careret, eamque à Catholicis assertam veluti inane figmentum conuinceret. Tandem, an omnes hodie sectæ Calvinisticæ Ministri (ut de turba populari taceam) tam liquidam & explicitam Christi cognitionem tenent, ut nihil prorsus implicita fide credant? ut omnia fi-

Paulus ac
Silas fidem
hoc loco
implicitam
in aliqui-
bus do-
cuerunt.

nia fidei mysteria, eorum rationes, cōnexiones, causas explicitè teneat, vt nihil de Deo ac Christo eius contra varias hèreses definitum ignorent? Id certè qui credit, valde id implicita fide credere debet: quum nihil sit hodie indoctius sectæ Calvinisticæ (saltem in Anglia) Ministris. Sed Calvinianas ineptias refutandi nullus finis. Ad grauiora pergamus.

CAP. XVII.

2. Per sabbata tria differebat eis de Scripturis.

MIRABILE ex his verbis corollarium infert Calvinus: *Dicit Lucas Paulum disputasse ex Scripturis. Ergo non nisi ex ore Dei petenda sunt fidei probationes. Si de rebus humanis sit disceptatio, tunc habeant humanæ rationes locum. In fidei verò doctrina, solâ Dei auctoritas regnare debet, atque ab ea pendere nos conuenit.* Hactenus quæ de ore Dei, eiusque auctoritate sola in fidei doctrina attendenda disputat, verissima sunt; & ad illud axioma confirmandum, quod olim constituimus, varijsque Calvinistis displicere audio; *In doctrina fidei, non quid dicatur, sed quis loquatur, attendendum esse, quia quod credimus, auctoritati, quod scimus, rationi debetur;* plurimum valent. Cæterum non est hoc illud ad quod Calvinus hoc loco collimat.

Aliud

In Principijs fidei doctrin. lib. 10. c. 6